

rum quoque Astronomorum confirmata.

Quæ proin motuum phænomena propria esse corporibus, quæ ita circa aliud moventur, ut a vi in foco existente in orbita sua retineantur, demonstratum est Mathematicis (a) quæque veritates illis adeo luculentæ sunt, ut reciproce unam ex altera inferant: in omni enim corpore, quod per lineam curvam movetur, duæ spectandæ sunt vires indefinenter in illud agentes, quarum una à semita curvilinea per tangentem corpus retrahitur, altera ad aliquod punctum veluti centrum impellitur, ex quibus simul agentibus

mo-

(a) Newton Sect. 2. & 3. princip. Mathem.